



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Profanus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

<sup>352</sup>  
docilitatis exanimatam luctu prosecutus est, qui uxores tres absque luctu sepelierat, quod illi à Do-  
mitio objectatum legimus.

## SÆVITIA OCCULTA. CAP. XXVII.

Nemps Vt-  
di Pollio  
Equitū Re-  
mansi, ex  
Plin. libr. 10.  
c. 13.  
**N**eque incongruum erit hieroglyphicum, si occultam quamdam servitiam significatur, sangu-  
nariam quippe crudelitatem in molli alioqui atque effeminato homine, per irritatam Mur-  
nam expreslerimus, immanni Romanorum procerum exemplo, qui servitia olim Muranis expon-  
bant excarnificanda: cum ea alioqui bestia exedentula sit, ut diceret Tertullianus, atque etiam exan-  
guis, & excornis.

## DE ANGUILLA. CAP. XXVIII.

Murana &  
Anguilla  
similitudo.  
**I**nvitare videtur similitudo quædam, ut Anguillam Muranæ subiungamus: non quod hæc inter  
amphibia sit, quod erratica, quædamque cognatione Muranam attingat: quippe cum hæc fui-  
vialis, illa maritima sit Anguilla. Nam qua in mari reperiuntur, Anguilla, à fluminibus omnes in-  
feruntur, suntque ibi omnes peregrinæ, in alienam tamen adscitæ patriam, alienos etiam mores im-  
itantur, & labem magna ex parte eliunt, quam exterrena face secum attulerunt. Ejus vero significata  
rara admodum apud Aegyptios fuerunt. Nostri multa hieroglyphicis Aegyptiorum similia, quæ  
ejus imaginem intelligenda esent, excogitarunt.

## SIBI SOLI NATUS. CAP. XXIX.

Anguilla-  
rum ovum.  
Plin. libr. 9.  
cap. 51.  
**U**nus enim id tantum super Anguilla nota traditum ab Aegyptiis inveni, ut hominem omnes  
alios aversantem, & seorsum ab aliorum consortio sibi viventem, per simulacrum ejus signi-  
ficiant: propterea quod eam numquam cum ullo alio piscium versari, neque quidem conjugalis  
ter se ufo misceri deprehendissent. Sunt qui velint eas sponte in luto humectanteque humo po-  
venire. Sunt qui eas scopolis se attenuere dicant, ea strigmenta vivescere neque aliam eorum aliæ ge-  
nerationem. Basilius Anguillas non alio ullo modo, nisi ex fæculenta materia limoque procreant,  
tradit, quarum neque ova, neque ullum alium ad successionem modum constare compertum est.  
Aristoteles porro neque marem neque foemina in illis esse testatur, neque prolem ex se aliquam  
creare posse: cum neque ova, neque semen sortita sint. Ovum in nulla umquam Anguilla vides  
neque fetus in utero deprehensum, ut in iis quæ animal gignunt, capillamentis tamen & lunulæ  
quædam similia in ventriculo repertiri non tamen ea umquam animalcere, neque eo loco gignant  
immorari, quæ sint in fetus evasura, quia non fecus ac cibus concoquerentur. Quod vero affi-  
cant meliores esse foeminas, quas à capitib formâ secernunt, quippe repandio his, maribus vero  
oblongiore, atque ita eas quæ à cæteris disparent, foeminas appellantur: Philosophus idem non  
maris aut foemina, sed generis differentiam agnoscit,

## MEMORIA POST OBITUM EXTINCTA. CAP. XXX.

Plin. libr. 9.  
cap. 21.  
**C**ommenti sunt alli hominem, de quo nulla post obitum memoria superstite, per Anguillam mol-  
tuam significari: illa siquidem mortua non superfluit, nec sursum fertur, ut maxima ex part-  
e pisces cæteri faciunt: sed pessum in profundum rapta, in eodem quo genitu est limo computredit.  
Id ea de causa fit, quod ventre sunt admodum exiguo, atque ideo minus inane. Totum vero co-  
pus cum fere solidum sit, neque fere quicquam aeris admittat, & caro ipsa glutinosa admodum, ne-  
quid pervium relinquat, fit ut simulatque expirarint, suomet pondere grata pessum ferantur.

## PROFANUS. CAP. XXXI.

**I**n Divinis Hebraeorum litteris eadem profanæ sensu mystico dicuntur: neque enim squatulæ  
sunt; quique hujusmodi sunt pîces, in aquæ profundum immersari, & in cœno libenter volentes  
conspiciuntur. Ad horum similitudinem, animi qui terrena tantum sapiunt, idonei non sunt ut ad  
sacra proponantur.